



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv  
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

**Ricci, Bartolomeo**

**Mogvntiæ, 1605**

3 De consolationum spiritualiu[m] causis, & quomodo se homo in illis se  
gerere debeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

vitiorum, ad dilectionem proximorum, & ad studium bonorum operum.

De Memoria quoq; sic loquitur. Memoria est ornatuſ sacrarum copia cogitationum, affluentia & stilium meditationum, stabilis memoria Dei, exclusio vagationum mentis, tranquilla adhesio Dei, & corporalium imaginationum repulsio, perfecta omnium mandatorum obliuio, & Sensus Spiritus esse cum Deo.

Immò dictus sanctus has consolationes putat etiam redundare in corpus, ita scribens, similiter quando corpus nostrum ita subditum est Spiritui, ut promptè ei obtemperet in non concupiscendo mala, non horrendo dura, & non fastidiendo bona. Et concludendo demum dicit, ista habere est consolationibus foueri.

De Consolationum spiritualium causis,  
& quomodo se homo in illis g-  
rere debeat.

## C A P. III.

B. P. N. Ignatius de ea re ita scribit. Proprium est Dei, & angeli cuiusq; boni Veram infundere spiritualem letitiam animæ, quam mouens sublata tristitia, & perturbatione amittit, quam ingressus demon. Hoc au-

Hh rega

tem speciatim facere solent proficientibus in virtute. Spiritus autem bono proprium est, ac consuetum, rectè agentibus animum ac vires addere, cōsolari, deuotionis lacrymas creare, illustrare mentem, & tranquillitatē dare. Deinde addit. Id moris est spiritui maligno, & in lucis angelū transfigurans sese cognitiua anima voti, primum obsecundet, mox inde ad peruersa sua desideria illum allicitat. Simulat enim ab initio bonas, sanctasq; cogitationes sequi & fouere, ac deinde in occultas fallaciarū suarum pedicas paulatim tractam illaqueat.

Lact. 3.

PRIMUM, quod conuenit facere affluente cōsolatione, est humiliare se, & reputare ea indignū, ac dicere cū B. Elisabeth. Vnde hoc mihi, & veniat consolatio Domini mei ad me.

Secundum, sibi persuadere, quod tempore desolationis sit futurus timidissimus, nisi suppetat peculiare Dei auxilium. Affluente cōsolatione, inquit, homo seipsum deprimat, & videat quantum potest, reputando secum, quam imbecillis, quamq; ignauus apparebit. Testis huius luculentus est David ita loquens. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in aeternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

Psal. 29.

Tertium sic describit. Fruenti homini consolatione prospiciendum est, quo se pacto gerere

gerere poterit desolatione deinceps occurrente,  
 ut iam inde acrimoniam & robur animi ma-  
 ture comparet ad impetum eius reprimendum.  
 Quia in re exemplo sunt homines huius se-  
 culi, qui tempore pacis comparant se ad  
 bellum: imo formicæ quæ æstate prospici-  
 unt cibum hibernum. *Vade ad formicam* ô  
*piger, ait sapiens, & considera vias eius, & discite* Prou. 6.  
*sapientiam: quia cum non habeat ducem, nec*  
*præceptorem, nec Principem, parat in æstate ci-*  
*bum sibi, & congregat in messe quod comedat.*

Quartum est, non existimare omnes in-  
 finctus, quibus mox post consolationem  
 tangimur esse à Deo sine præuia causa na-  
 turali. Possunt enim oriri ab habitu, vel dis-  
 cursu proprio, iudicioque naturali adiuto.  
 Fieri etiam potest ut sint ab angelo bono  
 vel malo. Cum ergo certum non sit eas im-  
 mediatè esse à Deo, *Solerti indigent discuf-*  
*sione, ait idem Pater, priusquam recipiant as-*  
*sensum, vel in opus veniant.*

De modo discernendi bonas consolationes  
 à malis.

## C A P. IV.

QVAMVIS verum sit, ut docent sancti,  
 difficillimū esse definire, de particulari  
 Hh 2 aliqua